Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Postilla (interpolata) super epistolas Pauli - Cod. Aug. pap. 31

Nicolaus <de Lyra>

[Reichenau], 1435

Ad Tytum

urn:nbn:de:bsz:31-73039

Visual Library

mothous titus veniat ad aplm sciens
cu sit et salutaui io subditur festina an
hyemem venire aliter qtor importu
tatem temp's posset iter suu magis re
tardari Et quia magna pars vie est p
mare in quo non e tutu in hyeme na
uigare Ultimo salutat thimotheu et
pmo ex parte amicoru dicens Salutat
te eubolus et pudens et c Q° exp
te sui d. dns ihus xpus cu spiritu tuo
qui e aie vita effectiue tame. gratia
dei que anime vita formaliter vobis
cum Amen

Incipit epla ad tytum

Paulus suus dei
hic incipit epla
et pauli ad titu
que diuidit in tres
partes s3 in salu
tacone et psecu
cone ubi hui9 rei
gra et conclusionem. ubi salutant te in
fine eple. In pma parte ponitur per
sona salutans qntu ad nome cum dr
paulus Et racio hui9 nois dicta fuit
in principio eple ad Rom. Et qntu ad re
ligione cu dr suus dei .i. fidelis xang

et qntu ad officij dignitatem cu dr
aplus aut ihu xpi scdm fidem .i. ad
predicandum fidem et agnitone vita
tis dei hoc dicit ad excludendu scias
humanitus inuetas in quibus sunt aliq
falsitates admixte ut patet per aris
totilem qui licet vius alijs scripserit
aliqua tame falsa in instruit Ut de
eternitate mundi et domis in ethicaro
ethica Que scdm pietatem e .i. ad
verum dei cultu ordinata. In spem
vite eterne per hoc consequede. q
pmisit qui no mentit deus. cu sit
ipa regula veritatis. ante tempora se
cularia .i. ab eterno. Et accipitur pmis
sio hic p pdestinatone dei qua ab etno
ordinauit dare electis gratia et gla
Et quia effectus hui9 pdestinacois
e in tempore io subditur Co subdit
manifestauit aute in temporibus suis
.i. ab eo dispositis et ordinatis verbu
suu .i. filiu incarnatu in predicacoe
.i. per predicacone s3 xpi et discipulor
suoru io subditur que credita e m
tamq fideli predicatori scdm precep
tu saluatoris mi dei Ut patet actu
13 Separate michi barnabam et paulu
et c Q° ponitur persona salutata cu
dicitur tito dilecto filio scdm que3
fidem .i. catholicam Catholicon et
greco latine signat que vel vniu
sale Et dicit aplus filio scdm que3
fidem ad ostendendu q titus no est
filius eius carnalis sed spualis Q°
ponitur optata bona cu dicit gra
in psnti et pax in futuro Nam
beatitudo quietat totalit hominu ap
petitu Ideo pre qui e gre et bea
titudinis causa principalis effectiua

tamen cu filio et spiritu sancto Nam
opera trinitatis sunt indiuisa Christo
ihesu quia eius humanitas est causa
instrumentalis gratie ¶ Huius rei hic
incipit epistola prosecutio que diuiditur in
duas partes In prima parte tytum in
struit de ordinatione ecclesie In 2ª de in
formatione plebis sibi commisse capitulo 2°
prima ad huc in duas quia primo ponit
suam instructionem 2° causam dicti
onis ibi Sunt enim multi Circa primum
instruit eum de ordinatione ecclesie quantum
ad episcopos et presbiteros constituerat enim
eum paulus cretensem archiepiscopum et sic
ad eum pertinebat ordinatio totius pro
uincie Sciendum etiam quod sub nomine
presbiterorum intelliguntur etiam episcopos et
econuerso sub nomine episcoporum presbiteros sicut
dictum fuit plenius supra prima epistola
ad thimotheum 3 c Dicit igitur huius
rei gratia a me prodicatione fidei catho
lice reliqui te cretis in partibus te
ibi archiepiscopum vt ea que desunt de bo
na dispositione ecclesie corrigas in melius
reformando Et constituas per ciui
tates presbiteros secundum exigentiam populorum
sicut et ego disposui te in forma que
sequitur Si quis sine crimine est
Ille enim qui constituitur presbiter
uel episcopus debet esse integre fame ista
ta tamen conditio et alie sequentes debent
esse excellentius in episcopo quam in sa
cerdote curato Vnius uxoris vir si
post baptismum ut dictum est supra 1 thimo
3 c Si filios habens fideles licet omnes
oporteat ipsum habere filios quod poterat
contingere tamen si habet oportet quod sunt fideles
et sane fidei Non in accusatione luxurie

vel accusabiles de luxuria sicut filij hely 1
Regum 2 aut non subditos et rebelles oportet
enim ut iam expositum est sicut dispensato
rem dei in bonis spiritualibus cui requiritur
maior fidelitas et diligentia quam in dispensatore
bonorum temporalium Non superbum alios suppedi
tando Non iracundum in actis superbi enim
de facili irascuntur Non uinolentum et impo
tum uini excessiuum quia per hoc impeditur
discretio que requiritur in dei ministro
Non percussorem quod uicium oritur frequen
ter ex excessiua uini potatione Non cupidum
turpis lucri et secularis vt per mercationes
et talia que non decet ministros ecclesie ex
ercere Sed hospitalem oportet esse eum ad peregrinos
benignum ad omnes prudentem in agibilibus
sobrium et tenentem sobriam mensuram
in omnibus Iustum formaliter quantum ad
se ipsum et effectiue quantum ad populum sibi sub
ditum in quo debet facere iustitiam et con
seruare Sanctum ergo deum continentem
et firmiter se tenete contra temptationis
impulsum amplectentem eum id est et dili
genter studentem in sacra scriptura
Vt potens sit exhortari fideles ad bo
num in doctrina sana absque admixtione
tione alicuius erroris et contradicentes
arguere eos efficaciter refellendo ¶ Sunt
enim Hic consequenter reddit aptus causam
vltimi dicti scilicet quare debet esse potens
contradicentes arguere dicens Sunt enim
multi inobedientes et contrarii euan
gelice contradicentes Vaniloqui ex
multiloquio suo mendaces quos subditos
Et seductores per mendacia colorata
maxime supple sunt illi qui de
circumcisione sunt Isti erant falsi
apostoli de iudaismo conuersi non tamen re
cti observatione euangelij volebant

observationem legalium introducere ut habetur
infra eodem capitulo. Quos oportet redar-
gui quia legalia mortua fuerunt in pas-
sione Christi et mortifera post publicationem
ewangelii prout supra declaratum est diffusius
Ro. 3 et Gal. 2 et prima ad thimo. 4. Qui
universas domos fidelium subvertunt
id est subvertere nituntur. docentes que non
oportet id est non sana sed pestifera. turpis lu-
cri gratia id est propter questum et sic in
duobus peccabant scilicet in doctrina et in
tentione docendi. Et declarat propositum per
dictum cuiusdam doctoris illius gentis
dicens. Ut quidam ex illis proprius eorum propheta.
per hoc autem quod non dicitur propheta ab-
solute sed propheta eorum datur intelli-
gi quod non fuit vere propheta loquens
spiritu divino sed humano sicut ex per-
tus fuerat existens inter eos. Dicitur
tamen propheta large et participative in
quantum verum dixit sicut et apostolus vera
loquitur. Et subditur eius dictum cum
dicit: Cretenses semper mendaces id est assue-
ti semper mendaciis. male bestie id est mor-
daces verbis. Ventris pigri id est gulo-
si. Ille enim qui habet ventrem nimis im-
pletum non potest ire expedite sed tarde
et pigre. quam ob causam id est quia sunt
talibus vitiis assueti increpa illos du-
re et non molliter non sicut helij
1 Reg. 2. Unde dicitur quod helij propter filiorum
suorum iniquitatem dampnatus est cor-
ripuit quidem eos sed lenitate patris
non auctoritate pontificis. Ut sani sint
in fide catholica. non intendentes iu-
daicis fabulis de observatione legalium
que mortua fuerunt in passione Christi. quod modo
quiuis dicit de necessaria observatione corporum tamen
est falsum et fabulosum. Et mandatis

hominum adversantium se veritate. Fecerunt
enim iudei multa statuta per quorum obser-
vationem irritabantur precepta divina.
secundum illud quod imperat eis salvator.
Mt 14. dicens. quare irritum fecistis man-
datum dei propter traditiones vestras. Omnia
autem munda mundis. Simplex sunt mundis
per baptismum sanctificatis. Coinquinatis autem
et infidelibus nichil mundum et subditur
causa cum dicitur. Sed coinquinate sunt
corpus mens et conscientia. propter quod sal-
vator ait Mt 14. Non quod intrat in os
coinquinat hominem scilicet cibus sed quod pro-
cedit ex ore hoc coinquinat hominem.
scilicet detractiones et blasphemie et huiusmodi
que primo procedunt ex corde malo
et conscientia coinquinata. Confitentur se
nosse deum dicentes se esse christianos.
falso tamen ut subditur. factis autem
negant. cum sint abhominati deo
et incredibiles id est increduli. et ad
omne opus bonum reprobi quia nullum
opus potest esse bonum meritorie sine fide
hebre. 11. Sine fide impossibile est
placere deo. Capitulum ii

Tu autem. Postquam apostolus
instruxit tytum de ordina-
tione ministrorum ecclesie hic
consequenter instruit eum de informa-
tione plebis sibi commisse et primo quan-
tum ad aliquos specialiter. Secundo quantum
ad omnes generaliter 3 c. prima in tres
secundum tres gradus hominum partes pa-
tebunt prosequendo. In prima docet
eum quantum ad eos qui sunt in statu
senili dicens. tu autem loquere informando
populum que decent sanam doctrinam
in moribus. senes ut sobrii sint
id est moderate in actibus suis quod exi-
git maturitas etatis pudici id est

casti quia contrariū ē valde detesta-
bile in antiquis eo q̄ in eis frigescit
calor naturalis Prudentes magibili
bus quod debet ēē in eis acquisitū p̄
experientia longi temporis Sani in fide
absq̄ admixtione erroris et in dilectōe
que ē forma dei in paciā similiter
sint sani ita q̄ non frangant͂ per
impaciam in aduersis Anus simil͂r
in hitu sco̅ .i. religioso et honesto.
supple sint. Non criminatrices .i. impo-
nentes de facili crimina quicumq̄ Non
multo vino seruientes Nam potatio
vini excessiua inducit ad fractionē
castitatis vidualis bn̄ docentes nō
in publico sed secreto iuniores mu-
lieres in scriptis ¶ Adolescentulas hīc
est 2a pars in qua instruit secun-
de personis coniugibus in statu iuuenili
d. Adolescentulas supple admone. vt
viros suos ament sicut se ipsas q̄
vir et uxor sunt vna caro filios
suos diligant non quātū ad corpus
eos nutriendo. sed etiā quātū ad aīam
eos in moribus in scriptis Prudentes
supple ēē in gubernatōe domus et fa-
milie castas castitate coniugali. so-
brias in cibo et potu q̄ multū facit
ad castitatē seruandā Domus cu-
ram habentes et non per alienas
domos vagantes benignas erga
omnes Subditas viris suis ut nō
nobilitate vel diuicijs eleuate nolint
eis obedire Ut non blasphemet͂
verbum .i. doctrina ewangelica et
refertur hoc ad omnia predicta et se-
quia Creti cū habitabant propiam i
ter infideles et ideo si fuissent .i. cōpa-
ti moribus infideles fidem catho-

licam deriderent Juuenes similiter
exhortare ut sobrij sint quia iuuentus
impellit ad sequendū impetus passionū
maxime concupiscētie carnalis propter quod
remedia est freno sobrietatis et quia
turpe est doctorī cū culpa redarguit
se ipm̄ et in moralibus magis mouet
facta quā verba Ideo consequēter instruit
tytū d. In omnibus te ipm̄ prebe ex-
emplū bonorum operum in scriptis
subditos factis. et in doctrina eos verbis
factis In integritate .i. puritate mentis
et corporis In grauitate gestus exterioris
Verbum sanū est et irreprehensibile sup-
ple sit tibi vt is qui ex aduerso .i. ad
uersarius fidei veretur .i. confusus
ad se ipm̄ reuertatur. nichil habens
malū dicere de vobis et sic tandem
ad fidem conuertatur ¶ Seruos hec
ē tercia pars in qua tytū instruit
de his qui sunt in gradu serui Et po
ponitur instructio Ro instructionis
ibi Apparuit enim Circa primū dicit
apostolus Seruos supple doce. dnīs suis
subditos ēē eis debitam reuerentiā et
obsequiū exhibendo et hoc siue sint
boni siue mali fideles aut infideles
In omnibus placentes non contradicentes
et hoc ē intelligendū in licitis tantū
et honestis non fraudates dnōs in
rebus vel obsequijs debitis sed in omnibus
fidem .i. fidelitatem bonam ostendē-
tes verbis et factis. et doctrinā salua-
toris nostri ornent in omnibus et ho-
nis bonis moribus hoc enim faciendo
sicut paulinus seruus regi infideli sic
fidem suam in moribus ornauit q̄
etiam liberatione sui assecutus et
omnium ciuium suorum meruit apud regē
infidelem ¶ Apparuit hic ponit͂

instructionis dicte ratio que accipitur
ex salvatoris exemplo qui dedit semetipsum
pro nobis et subiecit ut nos redimeret
a servitute dyaboli cui quod non debe-
tur dominium super fidelibus omnibus super in-
fidelibus subicit. propter quod dicit Apparuit
enim gratia dei et salvatoris nostri in carne
pro nobis assumpta. erudiens nos ver-
bo et exemplo ut abnegantes impie-
tatem i. ydolatriam sicut per oppositum
pietas dicitur cultus divinus. et secula-
ria desideria que tendunt ad divitias ho-
nores et delicias Sobrie in nobis et
iuste ad proximum. et pie ad deum vi-
vamus in hoc seculo fragili et tran-
sitorio quod subditur expectantes beatam
spem i. gloriam eternam nobis comparatam
et adventum glorie magni dei Nam in
primo adventu venit in humilitate et
subiectione in secundo veniet in gloria et
potestate Et subditur de primo adventu.
Qui dedit semetipsum pro nobis in hu-
militate factus obediens usque ad mor-
tem crucis Ut nos redimeret ab omni
iniquitate scilicet originali et actuali et
mundaret per sacramentum baptismi
in quo deletur originale peccatum vel
actuale sibi populum acceptabilem per gratiam
baptismalem sectatorem bonorum operum
Ita quod gratia baptismalis non detur in va-
num sed ad bonum operandum hec loquere ig-
norantes docendo. et exhortare. iam
scientes ad melius inducendo. et ar-
gue delinquentes. cum omni imperio i. auc-
toritate pontificali Nemo te contempnat
prelatus enim mitis et mollis contempti-
bilis redditur suis subditis tertium

Admone postquam apostolus
Tytum instruxit de informacione
populi secundum gradus speciales hic
consequenter instruit eum de infor-
macione generaliter quo ad omnes et primo qua-
liter se debeant habere erga principes
2o erga hereticos homines ibi hereticum
prima in duas quia primo ponitur in-
structio 2o instructionis ratio ibi erant
enim Circa primum dicit admone illos
i. subditos tuos generaliter principibus
et potestatibus secularibus subditos esse
Tales enim potestates procedunt ex dei
ordinacione qui secundum voluntatem suam
transfert regna atque constituit.
Dan 2. et ideo qui tali potestati resistit
ordinacioni dei resistit Ro 13 dic-
to scilicet potestatibus obedire in licitis quod subditur
ad omne opus bonum paratos esse In hoc
enim non solum obeditur homini sed
deo cuius minister est unde ex potestas
ut dicitur ad Ro 13. Neminem blasphe-
mare etiam iniurantem. sed paci-
enter tolerare aut racionabiliter ob-
viare quod subditur. Non litigiosos esse
sed modestos mensuram debite racionis
servando Nam aliquando expedit iniu-
riantibus iusticiam querere ut pote
cum ex tolerancia nutritur in iniu-
riantibus audacia malefaciendi.
omnem ostendentes mansuetudinem
secundum racionis dictamen aliter non
esset mansuetudo sed magis pu-
sillanimitas ad omnes homines tam fi-
deles quam infideles Eramus hic
consequenter ponitur dicte instruc-
tionis racio Et est duplex prima ac-
cipitur ex parte status conversorum
ad fidem catholicam ante conversionem
in quo erant mali et defectuosi
hominibus ideo debent defectuosis

hominibus ostendendo per mansuetudinem et in fidelibus quantum potest fieri bono modo secundum rationis dictamen. Eramus enim aliquando et nos insipientes id est sine sapientia vera que est propius quamvis aliqui tunc essent pleni mundana predicti sapientia Increduli in his que sunt supra rationem cuiusmodi sunt ea que sunt fidei Errantes in moribus servientes desideriis id est passionibus peccatoris In malicia et invidia agentes quantum ad illos qui peccabant ex certa malicia Et quia hoc est valde detestabile Ideo subditur Odibiles scilicet deo odientes invicem quia mali homines non habent amicitiam ad alios nec etiam ad seipsos ut declarat philosophus in ethicis ¶ Cum autem apparuit Hic ponitur secunda ratio et secundo infertur ex dictis conclusio ibi fidelis Ratio vero accipitur ex recordatione status post suam conversionem ad quem vocati sunt ut sint heredes vite eterne et hoc ex mera dei gratia et benignitate. Et quod benigni aliis etiam infidelibus debere maxime principibus quantum potest fieri secundum deum et hoc est quod dicit Cum autem benignitas et humanitas apparuit id est humanitas in eius nativitate benignitas autem in passione salvatoris nostri dei non ex operibus iustitie que fecimus nos cum essemus peccatores sed secundum suam misericordiam salvos nos fecit ¶ Salus enim eterna excedit totaliter omnem facultatem nature humane quod quidem non potest eam attingere nisi ex largitate divine misericordie per lavacrum regenerationis id est baptismi qui est spiritualis generatio Iohannis 3 nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto non potest introire in regnum dei et renovationis spiritus sancti Spiritus enim sanctus in baptismo datus removet vitam veterem que est sub peccato et inchoat novam que est integra que effudit in nos abunde ad deletionem omnium peccatorum et copiam virtutum per ihesum christum id est ex cuius passione habet efficaciam baptismi sacramentum ut iustificati gratia ipsius que facit nos dei filios adoptivos et per quas heredes sumus secundum spem vite eterne in presenti et in futuro erimus secundum rem. ¶ fidelis hic ex dictis infertur conclusio scilicet quod titus de hac spe vite eterne informet subditos suos et deinceps doctrina in ordinem et rigorosam Dicit igitur fidelis sermo est scilicet quod sumus heredes secundum spem vite eterne et de his volo te confirmare subditos tuos Est enim spes ista anime anchora tenens eam immobilem in bono sicut anchora materialis figitur deorsum in maris fundo hec quoque figitur sursum in celo ad hebreos 6 fortissimum solatium habeamus qui confugimus ad tenendam propositam spem quam sicut anchoram habemus anime tutam ac firmam et incedentem usque ad interiora velaminis id est ad secreta celestia que sunt nobis velata Ut curent bonis operibus preesse id est ut sint de primis in operibus bonis. Hec scilicet documenta sunt bona id est Stultas autem questiones id est irrationabiles et genealogias scilicet fabulas per quas pseudo apostoli credebantur ostendere iesum nazarenum adhuc non descendisse sicut dictum est supra id est ad thimotheum 1 Et contentiones verbosas et pugnas legis inutiles per quas aliqui inducebantur falsum intellectum introducere ideo subditur Sunt enim inutiles id est sine fructu et vane id est false ¶ Hereticum Hic consequenter ostendi-

qualiter tytus et sui subditi se debeant
habere erga hereticos dicens Hereticum hominem
qui recepit fidem catholicam et postea cor-
rumpit eam post unam i. primam modo
loquendi quo dicitur Gen. primo Et factum est
vespere et mane dies unus i. primus
et secundam correptionem devita et facias
ab aliis devitari ne per eum inficiantur
alii sciens quia subversus est absque redi-
tu [?] et hoc de quo consisti proprio iudicio condem-
natus quia fidem quam recepit ut
veram impugnat ut falsam ¶ Cum
misero Hec est ultima pars huius epistole
que dicitur eius conclusio in qua apostolus tyto
mandat et eum salutat Dicit igitur Cum
misero ad te arthemam aut tuchicum ad re-
gendum in absentia tua populum tuum fes-
tina ad me venire nicopolim ibi enim pro-
ponebat manere per aliquod spa-
cium temporis ideo mandabat apostolus tyto ut
illo temporis spacio possit eum plenius
informare de ecclesiastica disciplina. Ze-
nam legis peritum et apollo sollicite pre-
mitte i. prius quam ad me venias re-
mitte ita sollicite providendo eis de necessariis
ut nihil desit eis in via erat enim ap-
pollo episcopus chorinthiorum sed propter sedi-
tionem adversum se concitatam per pseudo
apostolos discesserat cum zena socio suo ve-
nientes ad tytum cretensem episcopum sed
sedatis chorinthiis per epistolas pauli man-
davit tyto ut prius quam veniret nico-
polim ad eum remitteret eos de crete quare ap-
postolus nominat zenam et dicit eum legis
peritum non est eo quod esset maior vel peritior
sed quia dignitas temporalis apostoli ap-
pollo et eius scientia erant note et fa-
mose non sic autem alterius ideo prius eum
nominavit et peritum expressit ne circa

conprovisionem circa ipsum negligeret ¶ Et
si quereretur unde fieret ista provisio re-
spondet dicens Discant autem et nostri i. cre-
tenses vobis subditi bonis operibus pre-
esse i. insistere scilicet ministrando docto-
ribus ad usus necessarios non superfluos.
ut non sint infructuosi et sic conci-
dantur et in ignem mittantur sicut ar-
bor infructuosa dicitur Matth. omnis arbor
que non facit fructum excidetur et in
ignem mittetur ¶ Consequenter salutat
eum ex parte sociorum suorum dicens Salutant
te qui mecum sunt omnes i. quorum nomina
tacet propter brevitatem Saluta eos
qui nos amant in fide i. fideliter
et non ficte ¶ Consequenter salutat
omnes generaliter dicens Gratia dei que
est caritas vite beate cum omnibus vobis sem-
per sit amen

Explicit postilla fratris nicolai
de lyra sacre theologie doctoris
super epistolam ad tytum

Incipit postilla super epistolam ad philemo-
nem.

p PAulus vinctus
christi hic incipit epistola
ad philemonem Et
dividitur in tres
partes scilicet in saluta-
tionem et prosecutionem
ubi Gratias ago